

SECUNDA PARS PRINCIPALIS.

CAPITVLVM XXXIX.

De sancto Sacramento matrimonij.

S Y M M A R I V M.

- 1. Matrimonij definitio.
- 2. Matrimonium quando institutum fuit, & numero 5. per totum latius.
- 3. Matrimonium ex eo, quod est sacramentum, confert gratiam non potentibus obicem & rite suscipientibus.
- 4. Sacramentum noua legis confert gratiam.
- 5. Matrimonium propter quas causas est à Catholicis contrahendum.
- 6. Matrimonium quare magis à matre quam à patre nomen assumptum?

MATRIMONIUM est maris, & femine coniunctio indiuiduam vitam consuetudinem retinens, & de ritu nupt. §. 1. instit. de patria potest. cap. illud in fine de presump. & in summa 27. questione 2. l. 1. titulo 2. pariter a. D. Couarru. in 4. de sponsal. 2. parte in princip. numero 1. Thom. Sanchez lib. 2. de matrim. d. spon. 1. nu. 1. ubi bene per suas particulas hanc matrimonij definitionem declarat, estque communis hanc definitio. teste Carrotio de matrimonio in princip. num. 2. folio 172. & est recepta ab omnibus iuris vtriusque professoribus, & Theologis, secundum Ioan. Brunel. in tractatu de sponsal. & matrim. columna 2. conclusione 1. ubi similiter discursit per singula definitionis verba: & Matienç. in rubricatulo 1. lib. 5. noua collect. Reg. numero 1.

Matrimonium ante Adami lapsum institutum fuit in naturæ officio. postea vero in concupiscentie remedium: tandem in noua lege indudum fuit, seu eleuatum à Christo, vt esset sacramentum, iuxta illud ad Ephes. 5. Sacramentum hoc magnum est. ego autem dico in Christo, & Ecclesia ita etiam decretum fuit in Concil. Florentin. sub Eugenio III. Et nouissime definitum in Concil. Tridentin. sessione 24. de sacramento matrimonij. Canone 1. cuius verba sunt hæc: Si quis autem dixerit, matrimonium non esse vere & proprie vnum ex septem legis Euangelicæ sacramentis à Christo Domino institutum, sed ab hominibus in Ecclesia inuentum. anathema sit: ac proinde nemo ab hoc discrepat Catholicorum.

Vnde ex eo, quod est sacramentum confert gratiam non potentibus obicem & rite suscipientibus, vt decidit in eodem Concil. Trident. sessione 7. cap. 6. 7. & docet eodem in Summa de sacramento matrimonij, in princip. numero seu question. 245. & ceteri communiter Theologi.

Receptissimum namque est apud ipsos sacramenta nouæ legis gratiam conferre, & docet Ecclesia in Concilio Florentin. versio, quomodo hoc docet Ecclesia: hoc autem est, Sacramentum nouæ legis igitur gratiam confert: & hoc probat Col. Concilij & Theologi frequentius fatentur. vt constat ex Maior. in 4. distinctione 26. questione 1. & notat S. Thom. 2. 2. q. 100. articulo 2. & prohibetur cum alijs D. Couarr. de

sponsal. 2. parte cap. 1. §. vnic. numero 3. & probat latissime Bellarmin. contra quosdam Hæreticos de matrim. cap. 2. lib. 1. pagina 64. in paruis, cum sequentibus, in 2. tom. tertia parte in versio. restat nunc vt reuertamur, pagina 70. & latissime idem probat aduersus Hæreticos Alphons. à Castro à lib. 11. aduers. Hæres. in tertia Hæres. volum. mibi 708. cum sequentibus, sex in principio quartæ paritæ ibi. Porro esse et vno de los mas nobles e mas honrados de los siete Sacramentos de la Santa Iglesia.

Non tamen inter DD. constat de tempore institutionis, tã in lege naturæ, quã gratis: siquidem in lege naturæ nonnulli censent immediate institutum esse ab Adamo in illis verbis, quæ Deo inspirate protulit Gen. 2. hoc nunc os ossibus meis, & caro de carne mea, quã obrè relinquet homo patrem, & matrem, & adhaerebit uxori suæ, & erunt duo in carne vna: & insuper probatur, quia Mat. 19. probat Christus, matrim. esse indissolubile, ex illis verbis institutionis dicens: Quod Deus coniunxit, homo non separet. & dicto loco ad Ephes. ca. 5. inquit Paulus: Propter hanc relinquet homo, &c. Tandem quia in Concil. Trident. sessione 24. in doctrina de Sacramento matrimonij in initio dicitur, matrimonium multo antea fuisse ab Adamo signatum: hanc partem tenent, & probant glossa in cap. vnic. de voto in sexto. verbo institutum: Gofredus in summa titulo de sponsal. num. 7. D. Couarr. in quarto secunda parte cap. 1. §. vnic. num. 6. Alexand. de Neuo in rubrica de sponsal. num. 17. 4. q. titulo 2. paritæ 4. & ibi Greg. Lopez. in gloss. que los huesos. Montalu. in expositione proomij quartæ paritæ & in prolog. legum fori lib. 3. & ex Theologis Magister Sentent. in 4. dist. 26. & ibi Bonauent. articulo 1. questione 2. Durand. ibidem in princip. in expositione lea. re. & Ricard. etiã ibi articulo 1. questione 3. & Victor. vbi supra. Ledesma in secundam partem 4. questione 24. articulo 2. alij relati à Thom. Sanchez d. h. 2. disputatione 7. num. 2. Probabilius tamen est, institutum simul ac præceptum esse à Deo, illis verbis Genesis 1. Crescite, & multiplicamini tunc namque Deus fecit copiam illius, vt iungeretur, & mutua corporum traditionem concessit, in quo matrimonium constituit: deinde quia illis verbis intimatur potissimum matrimonij finis, qui est hominum multiplicatio: ergo per illa institutum est matrimonium, quo finis ille comparatur, tandem quia nulla alia institutio opus erat quam ipsomet præcepto: sicut Euchari. stiam instituit eam præcipiendo Christus, Luc. 22. Hoc facite in meam commemorationem: postmodum autem, matrimonium contraxit Adamus, cum dixit hoc nunc os, &c. Ita Diuus Thom. in 4. distinctione 26. questione 2. articulo secundo, ad quartum, Paludan. ibi questione 1. in fin. & Sotus questione 1. articulo 2. versio Nihilominus, Diuus Anton. in tertia parte sua summa titulo 1. cap. 2. ante §. Abulens. 1. Reg. cap. 8. questione 42. Viger. lib. instit. cap. 16. §. 7. versio 1. Alphons. à Veracru. in suo Specul. coniug. prima parte articulo primo. in princip. & in secunda parte articulo 5. & Enriquez lib. 11. de matrimonio cap. 1. num. 3. Candelab. autem 7. sacrament. prima parte de matrim. numero 7. Petrus de Ledesma de matrimonio, questione 42. articulo 2. & alios referens Thom. Sanchez d. lib. 2. de matrim. disputatione 4. nu. 3. dicens, hoc esse probabilius, vbi etiam citat gloss. in c. si verbo instit. de frug. & maleficijs. Turrecremat. Syllu. & Did. Perez. Et hæc sententia approbatur expressè in principio, & prologo quartæ paritæ.

ita, ibi, è fin todo esta vna fecho muy grande honra que se omyger, que le diusse por companera. en que se se le linage, è establiese el casamiento de ellos ambos en el Parayso. &c. & ibi, vnde paruo esta orden del matrimonio est abies. eia Dios de pres. & ibi, è que fue fecho è ordenado per Dios mismo en el Parayso, que es como su casa señalada. Argumenta autem prioris sententia tantum probant, matrimonium esse magis declaratum ab Adamo: sicut Christus extremam vocationem instituit: manifestata autem est à Diuo Iacobo: & tandem Sanchez vbi supra numero 5. verius esse tenet cum pluribus Authoribus matrimonium Ioan. approbatum esse dum Christus interfuit nuptijs, institutum autem fuisse Matthæi 19. dum Christus illud commendaui, eiusque inseparabilitatem præcepit, dicens: quos Deus coniunxit, homo non separet: eandem sententia fuit D. Couarr. vbi supra §. vnic. numero 6. dum dicit, ante peccatum Adami fuisse coniugium institutum in officium naturæ, nempe ad conseruationem humanæ creaturæ: dixit enim Deus Genes. c. primo: Crescite & multiplicamini: atque idem repetit post diluuium omnibus hominibus pene conlump. tis, Genes. 8. ait præterea Couarr. ibidem institutum etiam fuisse matrimonium, vt esset prima humanæ societatis copula, quæ amicabilem quandam coniunctionem alterius quidem regentis: alterius vero obsequentis complederetur, quod probatur d. Genes. 2. dixit Deus: faciamus ei adiutorium simile sibi, & latius ibi hunc discursum profequitur, & probat & insuper quod post peccatum fuit institutum matrimonium in remedium fornicationis, & in medellam ac remedium peccati, eandem sententiam secundam principalem, nempe quod matrimonium fuerit à Deo institutum in Paradiso deliciarum, tempore, quo primi parentes fuerunt creati. Adam scilicet, & Eva, qui Diuino Spiritu ductus eius matrimonium indissolubilitatem pronunciauit, dicens Genes. 2. hoc nunc os de ossibus meis, caro de carne mea, quamobrem relinquet homo patrem, & matrem, & adhaerebit uxori suæ & erunt duo in carne vna, & quod per hæc verba videatur adhibitis expressus consensus, quæ ab Adam fuerunt prolata, ex quo mediante consensu matrimonium perficitur, tenet etiam Matienç. in rubrica titulo 1. de matrimonio gloss. num. 37. lib. 5. noua collect. Reg. vbi etiam quod, quia Adam illa verba protulit spiritu prophetico, Redemptor noster Matthæi cap. 19. ea verba ad ipsam Deum refert, vt notat Magister Sentent. in 4. dist. 26. tex. in ca. lex diuina 27. q. 2. gl. in summa 27. q. 1. quæ sequitur communiter Iuris Pontificij interpretes, quos refert Matienç. ibidem, eandem veritatem late comprobant Bellarm. de matrim. secundo tom. tertia parte ca. 2. lib. 1. pagina 62. cum sequenti, esse nempe matrimonium à Deo institutum, & hoc duobus modis posse intelligi, vno modo, vt intelligatur à Deo esse coniunctionem masculi, & femine, vt ea refertur ad genus propagandum: secundo modo eandem coniunctionem esse à Deo vt refertur ad rem aliquam sacram significandam, & homines, qui ita coniunguntur, sanctificandos.

Sed & Diuus Augustin. super d. loco. Genes. sibi: Benedixit que illi Deus, & ait: crescite, & multiplicamini, &c. inquit mirabiliter: nos autem nullo modo dubitamus, secundum benedictionem Dei crescere, & multiplicari donum esse nuptiarum, quas Deus ante peccatum constituit, nec dubitamus secundum benedictionem Dei corporaliter potuisse illos in Paradiso multiplicari, eos autem non peccasset coituros, sine vlla libidinis perturbatione, vt membra sola voluissent, non libido, moueret, illudque credendum, quod tanta multitudine nasci potuit hominum quoadque prædestinatorum numerus completeretur

quanti, & nunc per Dei gratiam colliguntur, ita Aug. vt addit super præd. loco in Gloss. ordin. nouissima Lugdun. ann. 1590. edita.

Sed cum supradixerimus, quod ante peccatum matrimonium fuit institutum in officium naturæ, & post peccatum in remedium fornicationis, ex his manifeste apparet propter didas causas, matrimonium esse à Catholicis contrahendum: vnde si ex alia causa contraheretur, nempe ob diuitias, seu pulchritudinem, non rite contrahi videtur, valebit tamen matrimonium, vt in cap. 104. notat Abb. nu. 4. de sponsal. & D. Tho. in quarto, dist. 30. quest. 1. art. 3. Maior. in 4. dist. 26. questione 1. ita Couarr. loco statim citando.

Caietan. tamen in 2. tom. questione 3. de matrimonio licitum esse probat contrahi matrimonium propter pulchritudinem, aut diuitias, ita vt illæ causæ contingant, vt ratio matrimonij cum tali femina, vel vt causæ applicandi animum ad coniugium: ergo non sunt causæ finales, seu principales, sed causæ sine quibus actus non fieret, quæ finales minime dicuntur: illa est nãque causa principalis ad quam is, qui actum agit magis intendit, quam que præcipuam existimat, secundum Diuum Thomam 1. 2. quest. 38. art. 7. quem refert D. Couarr. in 4. 2. parte c. 1. §. vnic. num. 7. quod fit inquit Couarr. ibidem, vt si in has causas pulchritudinis, ac diuitiarum seu libidinis principalis animus intendere, non crederet ipse licite, sed cum graui peccato contrahi matrimonium, vt inquit probare Ambr. Catharin. lib. 3. contra Gnesan. ca. de matrimonio.

Ego vero secus credo esse dicendum si principalis animus in prædictas causas non intendere, sed in officium naturæ: & remedium fornicationis: quamuis adhuc ob eas causas simul contrahens matrimonium moueatur, quia per accidens, & in consequentiam hæc causæ veare videatur. hoc licitum namque est iuxta opinionem Caietan. quæ mihi in proposito non displicet, potius siquidem licite eam mihi in vxore eligere, quæ mihi magis expedit diuitias, & pulchritudine, nec non & genere alisque concedentibus qualitatibus, vt matrimonium meliorem exitum fortiat, imo & hoc est prudentius, siquidem mihi tenet magis prospicere, dummodo principale intentum dirigatur in fines, & bonum matrimonij, nec Abb. vbi supra dicit in præmissa specie non rite contrahi matrimonium, sed quod tenet matrimonium, licet ob illas causas inducatur quis ad contrahendum. Præterea S. Thom. in 4. distinctione 30. quest. 1. art. 3. super illo articulo, vtrum matrimonium possit esse ex consensu alicuius in aliquam, propter causam inhonestam? hoc solum respondet, dicendum, quod causa finalis matrimonij potest accipi dupliciter, scilicet, & per se, & per accidens: per se quidem ea matrimonium est, ad quam matrimonium est de se ordinatum, & hæc semper bona est, scilicet procreatio prolis, & fornicationis vitatio, sed per accidens causa finalis ipsius est hoc, quod contrahentes intendunt ex matrimonio, & quia hoc quod ex matrimonio intenditur, consequitur ad matrimonium, & priora non videntur ex posterioribus, sed è conuerso; ideo ex illa causa non recipit matrimonium bonitatem, vel malitiam sed ipsi contrahentes, quorum est finis per se; & quia causæ per accidens sunt infinitæ, ideo infinitæ tales causæ possunt esse matrimonij, quarum sunt quedã honestæ, & quedã inhonestæ, hæc tenet D. Tho. hæc autè causæ de quibus hic agimus, ac èpè diuitiarum, pulchritudinis, & generis nò sūt inhonestæ, nec malitiosæ, sed potius honestæ, & abiq; malicia, vt patet: ergo rite, & abiq; crimine ob eas contrahitur matrimonium, diuitiarum, scilicet, ad altera matrimonij melius

lius sustinenda, & filios ex eo procreandos ditiores relinquendum: pulchritudinis vero, ut magis amor inter coniuges conferretur, generis autem, ut maiori qualitate, & nobilitate fulgeant, tam ipsi contrahentes, quam eorum filii ac reliqui descendentes, & meliores vxores, aut maritos inueniant, & ad alios quā plurimos bonos & honorabiles effectus: non igitur peccabunt qui intendentes principalia bona matrimonii, matrimonium contrahunt eo sine, diuitiarum, pulchritudinis, vel generis aliusve iustis, & honestis causis, si ad id per accidens moueantur: libidinis autem causa dirigitur ad matrimonium, & quamuis ante matrimonium celebratum inhonesti per se sit, & culpabilis, non tamen ea impedire videtur debitum ordinem, & valorem matrimonii contrahendi, quia priora non variantur ex posterioribus, vt inquit D. Th. *ubi supra*. Hoc est, boni fines matrimonii principaliter intenti, ex libidine per accidens non variantur.

7. Matrimonium autem quare magis à matre nomen assumptum, quā à patre plures rationes refert Mocius de *matrim.* in prin. num. 1. folio 172. inter quas illa magis aridere videtur, quod dicatur matrimonium ab effectu quasi matris munium, secundum Innocent. D. Thom. Syluest. & alios, & quod ideo dicitur matrimonium à maiori onere, quia femina magis incumbit officium educande prolis in vtero, & extra donec per se quodammodo stare possit: & hinc inquit *text.* in *ca. ex literis de conuersion. infidel.* quod infans ante partum est onerosus in partu dolorosus, post partum laboriosus.

CAPITVLVM XL.

De matrimonio tam vere, quam presumpitue probato.

SVM MARIAM.

1. Matrimonium vere probatur, quando constat ipsum celebratum fuisse iuxta formam Sacri Concilii Tridentini sessione 24. ca. 1. in Decreto de reformatione matrimonii.
2. Matrimonium non presumitur, nisi probetur.
3. Matrimonium presumpitum pluribus modis probari potest, vt in numeris sequentibus.
4. Matrimonium presumpitur contrahitum, quando sponsus sponsam ad propriam domum iraduxit, & quomodo hoc intelligatur, & quo iure?
5. Matrimonium presumpitur contrahitum, quando precesserint verba quidem de presenti, sed iuris interpretatione de futuro, vt inter impuberes, aut impuberes, & puberes, & quomodo hoc intelligatur, & numero 16. & quid hodie si postea in astate legitima constituti uelentur? num. 18.
6. Matrimonium presumpitur ex simultanea uiri, & mulieris cohabitatione, & quomodo, & quando hoc locum habeat, & quo tempore presumpitur hoc casu solemnitas requisita? numeris sequentibus, & preterea numero 17.
7. Matrimonium quando presumpitur ex traditione animi per uirum facta solum.
8. Matrimonium, quando presumpitur sub conditione contrahitum, copula subsiquita? & quid hodie attendit Decreto Sacri Concilii Tridentini? num. 11. & 13.
9. Sponsalia de futuro an hodie per copulam subsiquitā transeant in matrimonium de presenti? & numeris sequentibus.

Verba an sint de substantia matrimonii? late hic agunt,

MATRIMONIUM vere probatur, quando constat ipsum celebratum fuisse iuxta formam à Sacro Concilio Tridentino prescriptam sessione 24. ca. 1. in Decreto de reformatione matrimonii. Forma autem essentialis illa est, quod contrahatur presente parrocho, vel alio sacerdote de ipsius parrochia, seu ordinarij licentia, & duobus testibus, quod si aliter fiat, contractus est irritus, & nullus, vt *ibidem* cauetur, & precipitur.

Matrimonium namque inter uirum, & mulierem contractum fuisse non presumitur, cum sit, quid facti: & ex consensu consistat, vt infra late docebimus, consensum autem est, quid facti. *Consilio ff. de euar. furios.* & notat Cephal. *conf. 82. num. 49. volum.* facta autem non presumuntur, nisi probentur, *l. in bello §. facti ff. de capis & post lim. reuer. cum sim. l.* Ergo merito asserenti matrimonium esse contractum incumbit onus probandi iuxta regulam in *l. eius, qui cum de probat. cum sim. l.* & in terminis matrimonii ita tenet Bart. *conf. 42. in 1. parte consil.* Philip. Corneus *consil. 68. numero 13. lib. 3. Alexand. consil. 130. numero 1. & consil. 154. ante numer. 1. volum. 3. Paris. consil. 39. numero 1. & ibi in prime volumine 4. Cepola can. 18. Decius in l. si emancipati nu. 3. C. de collat. Cephal. *conf. 64. num. 19. volumine 3. Menoch. conf. 199. num. 2. volumine 2. & alios referens idem Menoch. lib. 3. presumpitue prima, num. 11. Mascard. de probat. 2. tom. conclusione 1022. num. 3. ergo, qui asserit inter aliquos contractum fuisse matrimonium, id probare debet, veris scilicet, vel presumpitis probationibus: sicque à nostris matrimonium aliquando appellatur uerum, nempe à ueris probationibus, aliquando presumpitum à probationibus presumpitis, ita Ioan. Lup. in tractatu de *matrim. prima parte num. 13. & Menoch. d. presumpitue prima, num. 4.***

Matrimonium presumpitum pluribus modis probari posse DD. asserunt; primo, & principaliter, quando inter uirum, & feminam contracta sunt sponsalia de futuro, & inde sequuta est inter eos copula carnalis; presumpit namque Ecclesia ex illa carnali coniunctione consensum coniugalem, ob euitandum peccatum mortale, quod debio procul esset, nisi inter sponsum & sponsam animorum affectio coniugalis daretur, ex definitione Ecclesie in *ca. u. qui solum, & in ca. ueniens al. secundo, de sponsal. quæ presumpitio est iuris, & de iure. vt asserunt communiter DD. Hic primus modus matrimonii presumpit ampliat, & limitatur pluribus modis, vt late prosequuntur D. Couar. in *quarto de sponsal. prima parte ca. 4. §. primo per totum, & Menoch. lib. 3. presumpitue 1. numero 3. cum pluribus sequentibus, sed quia hodiestante præd. Decreto Concilii Tridentini, hæc cessat nisi in casu de quo infra agemus, ideo amplius in declaratione *d. ca. u. qui solum*, ipsiusque materiam amplius non inuisito.**

Secundus modus matrimonii presumpit est, quando sponsus sponsam ad propriam domum iraduxit, *l. mulierem ff. de ritu nup.* per quem *text.* ita tenent plures DD. quos referunt Couar. *ubi supra* §. 2. numero 1. & Menoch. etiam *ubi supra* num. 55. hoc tamen procedit secundum Ius Civile: iure tamen Canonico talis presumpitio non est introducta iuxta communem opin. quam referunt Couar. *ubi supra*, & Menoch. numero 56. duobus tamen casibus inquit Couar. uirum potest prima opinio procedere: Primo quando est dubium graue, an precesserint sponsalia de futuro, vel de presenti, in hoc namque dubio ex traditione ad domum, presumi potest, præcedentia sponsalia esse de presenti, & sic presumpit fuisse ante traditionem consensum coniugalem ex Baldo, & Salicet. in *l. cum te, de donat. ante nup.* & sequuntur alii

tur alij quos refert Menoch. *ubi supra* numero 57. dicens, quod hæc Didaci declaratio procedit quidem sine controversia quoad Ius Civile, quo matrimonium ex sola traditione presumpitur, sed quoad Ius Canonicum dubia ipsi Menochio uidentur, & recte quidem, quoniam si eo iure non presumat matrimonium ex traditione, quando jam constat de sponsalibus, quanto minus quando nullum est signum, satis namque tunc est, quod ex traditione presumantur sponsalia, non autem matrimonium, Bald. autem Salic. & reliqui Iure Ciuili inspecto loquuntur. Secundo potest prima opinio procedere secundum Couar. *ubi supra*, quando sponsa fuit traducta ad sponsi domum, cum illa solemnitate, qua duci solent vxores ad maritorum domus: argumento *cap. uidua, de regularib.* secundum Abbatem & Ioan. Lup. quos ibi refert, sequitur Menoch. *d. presumpitue prima, num. 38.*

5. Tertius modus matrimonij presumpit est, quando precesserint sponsalia uerbis quidem de presenti, sed iuris interpretatione de futuro, sicut sunt sponsalia, quæ contrahuntur ab impuberibus, vel pubere, & impubere per uerba de presenti, tunc namque ea transeunt in matrimonium Iuris Canonici presumpitio, quoad post etatem perfectam superueniunt signa aliqua, ut oscula, amplexus, munera, anuli subarratio, cohabitatio, & similia, iuxta glossam in *c. vnic. §. primo, de desponsatione impub. lib. 6. uerbo modum alium*, est communis, vt pluribus relictis signatur Couar. *d. §. secundo numero 3. tametsi num. 4. ex pluribus fundamentis ab ea discedat: eandem communem sententiam sequitur plurimos citans Menoch. d. presumpitue 1. numero 64. dicens, quod in iudicando à præfata receptissima sententia non erit recedendum. Quæ quidem in his regis probata est in *l. titulo primo parata quarta, in uerbo, utro si quando acceperit, &c.* Duobus tamen modis declaratur, vt per Couar. & Menoch. *ubi supra* numeris sequentibus, primo vt procedat, & locum habeat, quoad signa illa emissa sunt etate iam perfecta, & completa, secus si etate adhuc imperfecta, etiam si fuisset ualde proxima: secundo, vt non procedat quoad sponsalia fuissent contracta à minore septennio: nam hæc aduenient ipsa perfecta etate non transibant in matrimonium ex illis signis, amplexibus, osculis, subarratione, & similibus, sicut nec sponsalia, & uerbis de futuro minime transeunt in matrimonium per amplexus, oscula, munera, aliaque signa, vt in *primo de matrim. contract. contra interdict. Ecclesie*, & cum communi resoluunt *ubi supra*, Couar. §. 2. numero 2. & Menoch. *presumpitue prima, numero 62. lib. 3.**

Quartus modus matrimonij presumpit est, ex simultanea uiri, & mulieris cohabitatione, in quo distinguendi sunt plures casus.

Primus est, quando dubitatur an Iure Ciuili presumat matrimonium inter pares ob cohabitationem & tunc secundum omnes hoc presumpitur, gloss. in *l. in cohabitata uerbo cum habere ff. de concub. & in c. 1. uerb. cohabitatio 30. questione 3. D. Couar. alios allegans in *quarto de sponsal. in 2. parte cap. 1. in princip. n. 5. Matienq. in rubrica gloss. numero 23. in 1. lib. 3. nona collect. reg. Regal. 2. in 2. part. 4. post princip. ibi est iudic. extra quæsa, Mascard. de probat. secundo tom. conclusione 1022. num. 1. Menoch. d. presumpitue 1. num. 63. lib. 3. ubique hoc admittunt omnes, & hi quidem idem sentiunt absolute presumi matrimonium, etiam quoad filiorum legitimationem, ex *l. in liber. ff. de ritu nup.***

Contra hanc tamen receptam conclusionem tenuit Alciat. *d. presumpitue reg. 2. presumpitue 3. num. 1. dicens matrimonium non presumi ex cohabitatione*

ne, sed potius fornicatio per *text. in d. ca. 1. in ca. aliter 30. quæst. 3. quomodo secus sit de Iure Ciuili per l. in liber. ff. de ritu nup. & numeris sequentibus, late agit in præfata quid dicendum sit, quoad numerum filiorum.*

Hanc secundam partem tenent alij relati per Mascard. *ubi supra* num. 2. ubi nu. 3. has opiniones concordat, vt prima procedat, quando precesserint uerbum de futuro, & promissio de contrahendo, tunc namque per huiusmodi actus presumpitur matrimonium esse secutum, secus autem si non precesserint: nam tunc non presumpitur matrimonium, teste Cephalo, quem refert, & in hac specie procedit secunda supradicta, sentent. quam etiam ibi limitat Mascard. numero quarto, cum sequentibus *ubi supra* alij in casibus.

Secundus casus principalis est, an ex uiri, & mulieris cohabitatione presumat matrimonium auctore Iure Canonico, quoad ipsum uirum, & mulierem omni conditione pares: & in hoc secundo receptissima omnium sententiam quam refert & sequitur Menochius *ubi supra*, num. 69. non presumpitur matrimonium, sed potius fornicatio ex *text. in c. 1. glo. uerb. cohabitatio in d. ca. 1. 30. quæst. 3. Abb. in ca. illud de presump. & ibi Felin. n. 15. Lucas de Pena in l. 3. in 13. presumpitue, C. de apob. public. l. 10. Ioan. Lup. in tract. de matrimonio secunda parte num. 12. Alciat. *ubi supra* num. 1. D. Couar. de sponsal. in 2. parte ca. 1. num. 5. & Matienq. in rubrica gloss. 1. num. 23. in 1. lib. 3. nona collect. Reg. & sequuntur alij, quos refert Menoch. *ubi supra*, ubi eam probat addens, hunc casum multo magis procedere, quando agitur de præiudicio alterius matrimonij secundum Paris. *consil. 59. nu. 7. lib. 4. & Couar. ubi supra* nu. 5. sequitur Mascard. *ubi supra* num. 3. & 4.*

Verum si esset longa cohabitatio, matrimonium solemniter contractum fuisse presumeretur, iuxta *text. in ca. illud ubi DD. de presumpitue, Hostien. in ca. licet, uerb. officij ubi etiam Abb. columna penultim. de fimon. Anchar. consil. 117. satis imperitens post medius: Alexand. consil. 79. volumine 1. Socin. consil. 220. consideratus colum. 3. volumine 2. Mascard. alios allegans *ubi supra* n. m. 4. ubi exemplificat, quando cohabitatio esset per longum tempus, nempe decennium, ex Alexan. & Tiraquel. quos citat idem Menoch. §. 100. conclusione 1317. num. 4. ubi quod ex diuturnitate temporis presumpitio oritur, quod matrimonium contractum validum, & legitime contractum censetur, tenet etiam Anr. de Butt. in *l. arator circa fin. qui filij sui legi. Cepol. consil. cum l. 5. num. 16. & hos referens Anton. Gabriel. in suis conclus. de presump. conclusione 1. num. 40. & comprobat Cephalus consil. 647. nu. 23. asserens in casu suo post Gozad. & Taf. ex cursu 15. annorum, quibus matrimonium durauit, presumi matrimonium legitime contractum fuisse, & superiores consensum præstitisse, vt refert Ioannes Vincen. Heneded. *consil. 87. num. 17. volumine 1.* quod uerum intelligo, prout loquuntur præfati Authores, quando constat, aut saltem non dubitatur, de celebratione matrimonij, sed tantum, an solemniter, & legitime, & prout debebat contractum, & celebratum fuerit, tunc namque merito, quod ex longa cohabitatione præd. temporis presumat matrimonium legitime celebratum, quia solemnitas extrinseca ex diuturnitate temporis presumpitur interuenisse in actu, filius famul. C. de petu. hered. l. qui in aliena §. 1. ff. de acquir. hered. c. peruenit de censib. Innoc. Hostien. & communiter DD. in c. Albericus, ubi latissime Felin. de testib. & in illud de presump. & in c. sicut de re iudic. & hæc est magis communis opinio, vt infinitos Authores referens tellatur Mascard. de probat. 3. tom. consil. 1317. solemnitas extrinseca num. 1.**

7 Et, quando agitur de modico præiudicio præsumitur solennitas (spatio decem annorum, sed si agatur de magno præiudicio, & requiritur tempus 30. annorum, vt tradit Alexand. consil. 179. num. 6. lib. 6. sequitur Crauet. de antiq. tempor. 3. parte princ. in princ. vbi id pluribus autoritatibus, & rationibus confirmat & Menoch. d. præsumpt. lib. 3. præsumptione 132. numero 64. qui tamen nu. 66. inquit quod hoc tempus sit in arbitrio iudicis positum, idem Menoch. consil. 422. sub numero 16. & hanc opin. quod relinquatur arbitrio iudicis crebriorem dicit idem Menoch. de arbit. iudic. casus 3. lib. 2. centuria prima numero 2. culibenter accedit in tanta varietate Mascard. de probat. 3. tom. conclusio 1317. numero 47. & 48. dicens fortasse esse æquior. & numero 49. sequitur in hoc diffinitionem Gabriel. consil. 38. numero 52. de qua ibi per eum: & in proprijs, terminis quod ex cursu temporis 30. annorum matrimonium præsumatur solemniter celebratum. tenet Puteus decif. 257. nu. 2. cum sequenti vbi 3. quem refert. & sequitur Hondedeus d. consil. 87. num. 52.

Imo ex cursu decennij cohabitationis coniugum præsumuntur intercessisse denuntiationes à Sancto Concilio Trident. ca. 1. de reformatione matrim. sess. 24. requirit, etsi non sint de substantia. vt probat, & tenet Menoch. dicto consilio 422. numero 16. iuncto num. 55.

8 Tertius casus est, an ex viri & mulieris longa cohabitatione præsumatur à lege Pontificia matrimonium, quod ad filiorum legitimationem. vt succedere debet possint? & in hoc casu sententia habet, præsumi hoc casu matrimonium, vt tradunt glossa Abb. & Imol. in c. illud de præsum. tex. ca. 1. 30. questione 5. Innocent. in ca. ex parte de restitutione spol. Abb. in ca. lator, & in ca. ex tenore, qui filij sine legi. & cum alijs Couar. in 4. de sponsal. a. parte c. 1. in princ. numero 5. Cepola consil. Ciuil. 5. nu. 16. Socin. Senior consil. 39. numero 6. in fine lib. 1. Iaf. consil. 168. columna 1. lib. 4. Felin. in d. ca. illud numero 15. in fine de præsumpt. Decius in L. nuptias nu. 4. ff. de regul. iur. & in ca. Ecclesie Sancte Marie numero 44. vers. septimo casu, de constit. & consil. 153. numero 2. & consil. 471. num. 3. Curt. Iunior consil. 52. numero 3. Cagnol. in 1. si qua illiusvis numero 12. ca. Ordiphan. Paris. consil. 13. num. 22. lib. 2. Socin. Iunior consil. 39. numero 17. lib. 3. Græmatic. consil. 26. numero 9. in Casul. Cephal. consil. 435. nu. 84. lib. 3. quos alios refert & sequitur Menoch. consil. 199. nu. 48. Matien. vbi supra d. num. 23. vers. verum si hoc habitatio: vbi loquitur in habitatione diuturna nempe decem annorum: eandem principalem sententiam sequitur, & receptiorem esse affirmat idem Menoch. d. lib. 3. præsumptione 1. num. 70. plures allegans, vbi numeris sequenti vbi eam veram esse intelligi pluribus conuereatibus requisitis.

Primo, longa, vt diximus, cohabitatione, decem scilicet annorum, secund. Couar. & Matien. vbi supra, & Menoch. qui alios allegat. d. præsumptione 1. nu. 71. lib. 3. relecta opinione Felini in d. ca. illud, columna penultima, in vers. si modo dicebat singulariter, Alciat. regula 1. præsumptione 41. nu. 1. & c. Buerat. in centuria legal. in loco d. vers. simili nu. 19. qui opinati sunt, sufficere habitationem vnius anni cum dimidio.

Secundo requiritur, quod vir, & mulier pares sint secund. Couar. post alios vbi supra, & Menochium d. consil. 199. nu. 46. lib. 2. & de præsumptione 1. nu. 71. vbi alios refert, quia secundum ipsum ibi numero 72. inter pares facile præsumitur matrimonium contractum tamen Cellus Hugo consil. 73. num. 3. post alios nonnullos sentiat, hanc paritatem nihil operari de iure Canonico, vt præsumatur matrimonium: sed imo contra huiusmodi præsumptionem matrimonij poterit opponi discrimen generis inter sic

cohabitantes, vel quod vir non ita feminam tractauerit, sicut uxorem ab eo tractari decebat. ita arbitrat Paulus de Cast. in l. donationes in princip. ff. de donat. cui accedit Lupus in repet. ca. per vestras, tertio notabil. §. 7. numero 7. de donat. inter vir. & uxorem: quiquid ipse voluerit §. 20. ad fi. & Paul. de Castro vbi supra, sequitur Matien. vbi supra d. n. vers. poterit tamen.

Tertio requiritur, quod mulier ipsa sit, fueritque honeste vitæ. non autem, quæ sui corporis quæstum fecerit, tunc namque nec iure Ciuili inspecto præsumitur ex cohabitatione matrimonium cum viro contractum, vt in l. vi. libera ff. de ritu nuptiar. Paleot. de nobis, spiritusque fil. ca. 91. num. 151. in fin. quem sequitur Menoch. d. consil. 199. nu. 49. lib. 2. de præsumptione 1. num. 73.

Quarto requiritur, quod vir ipse pertractet mulierem honorifice, eoque modo, quo vxores pertractari, & haberi solent, secund. Paul. de Cast. in d. l. donationes in princip. ff. de donat. ex tex. in d. c. illud de præsumpt. ibi in lecto. & mensa: sequitur Palac. Rub. nec non & Matien. vbi supra, & Couar. d. numero 5. & Menoch. d. præsumptione 1. numero 74. tametsi dissentiant ab hoc Bald. in ca. ex transmissa col. 1. de restit. spol. Innocent. in ca. ex parte eodem titulo. Collus d. consil. 78. num. 8.

Quinto requiritur, quod habitatio sit in vna, eademque domo: non enim sufficeret quod vir habitaret in solita sua domo. puta in paterna, & mulier in domo conducticia, vt cum alijs resoluit, Menoch. d. consil. 199. numero 49. vers. 3. quod dicitur, lib. 2. & de præsumpt. 1. num. 73. lib. 3.

Sexto & vltimo requiritur, quod hi ita cohabitantes coram testibus declarent, se habitare tanquam coniuges; ita Angel. quem refert, & sequitur Menoch. d. consil. 199. in fin. & in d. præsu. 1. num. 74. recte igitur Couar. & Matien. vbi supra existimant, quod hæc præsumptio cohabitationis alijs argumentis coadiuuetur. Quartus casus est quando vir, & mulier, qui simul cohabitabant, sunt iam defuncti & ambiguit de filiorum legitimatione: & in hac specie etiam iure Pontifici, inspecto præsumitur matrimonium fuisse contractum inter illos cohabitantes: ita glossa in ca. lator. verb. probatur legitimitas, in fine, qui filij sint legitimi. & ibi Abb. Felin. in c. per tuas col. vlt. de probat. Decis. in c. Ecclesie Sancte Marie num. 39. de constit. Iaf. consil. 168. col. 1. lib. 4. Curt. Iuni consil. 52. col. 1. Couar. vbi supra d. numero, vers. quibus addendum erit: mouentur ex d. c. lator. quod tamen secund. Couar. hoc non probat, quia ibi filius reputabatur, & communi opinione credebatur legitimus: rectius igitur probari potest ea ratione quod præsumendum non fit, quod illi morientes non voluerint in peccato mortali. & quod propterea contraxerint matrimonium, ita Menoch. d. præsumpt. 1. num. 77. tametsi ab hac sententia dissentiant Henrich. Boic. in d. ca. lator, & Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsum. 1. num. 3. in vers. & hoc facit, cuius considerationem diluit idem Menoch. lib. 6. præsum. 44. vbi agit ad filius præsumatur legitimus, & sub patris potestate: nos autem sequimur opin. priorem gloss. in d. ca. lator cuius autoritas magna est, & sequacium.

In casibus tamen in quibus secundum Ius Ciuile præsumitur matrimonium contractum inter virum, & mulierem, secundum vero Ius Canonico non præsumitur. in foro Ciuili, quoad legitimationem filiorum & successionem obseruabitur Ius Ciuile in hoc, ita tenent Bald. in l. testonra. C. de nupt. & in cap. ex transmissa, de restitutione spoliar. Felin. in d. ca. illud col. 1. vlt. de præsumpt. Decius consil. 138. num. 4.

num. 4. Paris. consil. 12. num. 23. lib. 2. Alciat. de præsumpt. regula 2. præsumptione 5. numero 2. Paleot. vbi supra cap. 5. numero 7. & latius cap. 19. numero 10. & probat late Menoch. d. præsumptione 1. num. 78. & 79. lib. 2. aduersus Abb. in d. ca. lator, cuius considerandus satisfaciit Alciat. vbi supra.

De legitimatione autem filiorum ex matrimonio nullo propter aliquod impedimentum, cum tamen ab ambobus coniugibus, vel ab vno saltem ignorabatur impedimentum, dicemus infra suo loco.

9 Quinto modo matrimonium præsumptum inducitur ex traditione anuli per virum facta femine. consensus coniugalem preferentem, hoc quippe consensus coniugalem in viro insinuat, iuxta glossam primam in fin. communiter receptam in ca. penult. de sponsal. secund. Matien. in rubrica gloss. 1. nu. 24. tit. 1. lib. 5. nou. collect. Reg. dicentem ita esse intelligendam gloss. in cap. tenor. de re iudic. & in ca. vltim. gloss. 1. & finali. de desponsat. impub. quæ habet, quod per anuli subarrationem præsumitur matrimonium quas gloss. sequuntur DD. varijs in locis, de quibus per Mascard. d. probat. 2. tom. conclusio 1023. num. 1. nempe vt procedant quoties ab altero ex contrahentibus præcellerunt verba ad matrimonium apta, & deinde subsequuta est subarratio ab ipso. vt allent gloss. in d. ca. penult. & ibi Abb. eius opinio magis communis est, teste Couar. in 4. de sponsal. ca. 4. numero 3. Mascard. d. probat. numer. 2. & 3. cui opin. acquieuit Greg. Lopez. in l. 5. gloss. penultim. titulo 2. partit. 4. in fi. & cum eis Matien. vbi supra, & Menoch. d. lib. 3. præsumptione 1. numero 54. & 55. consil. 199. nu. 52. vers. præterea, volumine 2. & inquit Mascard. vbi supra d. numero 5. quod sponsalia de futuro præsumuntur per anulum quando fuisse missus sponsæ ad ostendendum se esse paratum ad contrahendum sed & alias declarationes, res potius, limitationes ad hoc, vt per anuli immisionem præsumatur matrimonium, refert, & congerit Mascard. vbi supra n. 4. cum sequenti vbi.

10 Sed est & alia coniectura atque præsumptio contracti matrimonij, nempe, quando vir, & mulier contraxerunt matrimonium sub conditione, & deinde copula carnali se iuxerunt. tunc namque præsumuntur pure contraxisse, quod per copulam videtur à conditione præcedente recessisse, ca. de illis, ca. super ea. per tuas de condit. apposi. & hæc præsumptio est iuris, & de iure. iuxta glossam in d. ca. de illis, Speculat. & alios, quos refert, & sequitur Menoch. d. præsumptione 1. num. 18. vbi, quod hæc præsumptio solum inducitur per copulam carnalem subsequatam, non autem per alios actus, vt puta per amplexus, oscula, & his similes: sed & vique ad vendicim exempla super his enarratis matrimonij præsumpti congerit & declarat Menoch. vbi supra d. præsumptione 1. per totam, quæ non expedit hic referre. cum hodie cessent, vt ex statim dicendis apparebit, superiora ideo prædiximus, quia frequentiora sunt cætera non ita.

Hodie vero præd. præsumptions, & coniecturæ nihil prodesse possunt ad inducendum ex eis matrimonium, siquidem in sacro Conc. Trident. sess. 24. in Decreto de reformatione matrim. c. 1. cauetur matrimonium non censeri legitime contracta, sed omnia clandestina, & nulla esse nisi præsentem parochum, vel alio sacerdote de ipsius sacerdotis, seu ordinarij licentia, & duobus, vel tribus testibus fuerit matrimonium contractum: ex quo sequitur hodie matrimonia præsumpta etiã præsumptione iuris, & de iure sublata esse secund. Nauar. in Manual. consil. ca. 23. n. 144. qui manifeste dixit locum amplius non esse hodie dispositioni d. c. usque sub d. sponsal. quæ refert, & sequitur

Menochius d. lib. 3. præsumpt. 1. num. 99. vbi num. 100. inquit. hinc fieri, vt hodie filij nati ex matrimonio præsumpto, quamuis præsumptione legitimi non sint, & consequenter infucessibiles, vt ipsemet Menoch. respondit consil. 199. numero 17. lib. 2. sicuti nec illegitime nati non legitimum ob subsequutum matrimonium clandestinum ex Boer. quasi. 107. eandem sententiam, quod hodie per Sanctum Concil. Trident. vbi supra cellatur, hæc matrimonia præsumpta, & quod neque sponsalia. nec matrimonium de præsentem inter impuberes transactum in verum matrimonium per copulam, vel alios actus occulte habitos tenuit idem Nauarro. in Manual. ca. 27. numero 141. & probauimus late de iuramento confirmatorio prima parte ca. 51. numero 12. 13. & 14. & iterum lib. primo Canoniarum questionum, ca. 1. numero quarto. Matien. in rubrica gloss. prima, numero 33. 34. & 62. titulo primo. lib. quinto noua collect. Regie Azued. in l. eisdem titulo numero 29. & 37. Didacus Perez in l. 2. titulo 15. lib. 8. Ordinan. folio 239. vers. inferius etiam. & in l. prima, titulo 1. lib. 5. folio 41. ante vers. secundo corrigitur. Segur in Director. Iudic. Ecclesiæ secund. parte, ca. 15. num. 40. & quam plures Theologi, quos refert, & sequitur Thom. Sanchez lib. 3. de matrim. dispositione 40. num. 3.

Hinc fit, vt etiam, quando sponsalia de futuro coram parochio, & testibus celebrata sunt, per copulam occultam minime hodie in matrimonium transleant, quia neque parochus, nec testes testificari possunt, nisi de solis sponsalibus, quibus interfuerit, cum copula, per quam transiituri erant in matrimonium ipsis habentibus habita fuerit, vt cū Petro de Ledel. de matrimonio questione 47. articulo 2. d. ubi primo, recte probauit Thom. Sanchez, d. dispositione 40. numero 6. aduersus Palat. in quarto, dispositione 28. dispositione 1. folio 629. colum. 2. vers. ca. vero. contractum affirmatum, quomam subobscure.

Quinimo etiam si copula illa habita sit coram parochio, testibus post sponsalia de futuro, non tribunt per præstatam copulam in matrimonium de præsentem, secundum Petrum de Ledel. d. articulo 2. dubio secundo quod tamen bene procederet quando sponsalia fuerunt clandestina quia tunc parochus, & testes tantum possunt, testificari de copula: idemque erit, si sponsalia coram diuerso parochio, & testibus celebrarentur ab his, coram quibus haberetur copia, quia neutri testificari possent de matrimonio, sed alteri de sponsalibus, alteri de copula: secus vero erit, quando tam sponsalia de futuro, quam copula sunt coram eodem parochio, & testibus, tunc namque videtur antiquum manere illud, & ite ita transire in matrimonium, verum quidem, si animo coniugali, præsumptum autem, quando fornicatio haberetur copula, adeo, vt probata copula, & sponsalibus præcedentibus præd. modo, præsumeret Ecclesia matrimonium, cogeretque ad illud, sicut ante Concil. Trident. cogebat, quia mutus consensus de præsentem sufficienti signo externo manifestus coram parochio, & testibus constituit matrimonium, sed illa copula post sponsalia, est sufficienti signo externum de præsentem, vt constat ex d. ca. 16. qui sicut. de sponsal. alias male Ecclesia ex eo præsumeret matrimonium, ad illudque compelleret: ergo cum habeatur coram parochio, & testibus, constituet hodie matrimonium, ita refert Petrus de Ledel. d. dubio 2. tenuisse quandam virum doctum, & sequitur Tho. San. vbi supra n. 7. addens idem dicendum esse de quibuscumque alijs signis, per quæ olim sponsalia transibant in matrimonium.

Vt si hodie solennis traditio ad domum, quæ olim erat sufficientis ad explicandum consensum de præsentem, fieret

neret coram parcho, & testibus, coram quibus infra sponsalia, iidem adertentibus id fieri animo contrahendi de presenti, sat esset ad matrimonium. vt docet Enriquez lib. 11. de matrim. ca. 3. nu. 7. dicens hoc tenuisse Conar, Baldes, & alios Theologos: & probat D. Spino in suo Speciali testam. glos. 11. n. 65. & 66. alias secus, vt probauimus in loco statim citando: quando autem dicatur, & sit solennis traductio ad domum in proposito agit Couarr. in 4. de sponsal. 2. parte c. 4. §. 2. n. 1. Menoch. d. lib. 3. presump. 1. n. 56. cum duobus sequentibus & nos de iuram. confirm. 1. par. c. 51. n. vltimo. Sed contra modo dicta in precedentiibus vers. quoniam, nu. 13. facere videtur ca. 1. de reformatione matrim. §. 2. 4. Sacri Concil. Trid. dū requirit, quod parochus interroget contrahentes matrimonium, & eorum mutuum consensum intelligat ergo copula simplex habita coram parcho & testibus, qui iidem interfuerunt sponsalibus de futuro precedentibus, nec solennis traductio ad domum nō sufficit ad inducendum matrimonium, attento Sancto Concilio Trident. Sed nihilominus precedentem opin. probō. quando copula illa, vel solennis traductio ad domum & cetera signa externa, per quae olim sponsalia de futuro transibant in matrimonium, fiunt coram eisdem parcho, & testibus qui interfuerunt sponsalibus de futuro, aduertentibus animo contrahendi de presenti id fieri, quo casu recte procedunt superiora. & Concilium non contradicit: imo fauet: quia non requiritur pro forma essentiali valoris matrimonij, quod parochus interroget contrahentes, sed tantum, quod intelligat mutuum eorum consensum signo externo sufficienti, vt patet ex eisdem verbis Concilij modo relatis, in iūdo vers. qui aliter quam presente parcho, &c. & hoc erit verum matrimonium. Vnde infero, non sufficere hodie copulam animo fornicatio habitam post sponsalia de futuro, contra id, quod modo ex Thom. Sanchez retulimus, quia matrimonium praesumpta de iure communi hodie cessant itante Concilio Tridentino.

15 Et quae resoluimus in sponsalibus de futuro subsequuta copula corā parcho & testibus eadem dicenda esse censio in sponsalibus conditionalibus, copula eodem modo subsequuta, eadem ratione.

16 Deducitur etiam ex superioribus, quid dicendum sit, quando matrimonio de presenti, veriusque vel alterius impuberis malitia non suppleat aetatem, inter sunt parochus, & testes, an transeat in verum matrimonium accedente copula, vel alijs actibus occulte factis? Videtur namque pars affirmatiua vera, quia iam semel consensus de presenti praestitū fuit coram parcho, & testibus, & quia hic videtur casus omilios, cum de eo mentionem nō fecerit Concil. Triden sed tantum, quando matrimonium de presenti clam omnino sit, ergo remanet sub dispositione iuris communis l. commodissime. cū simul ff. de lib. sponsalibus. & ita quondam tenui sub correptione Sanctae matris Ecclesiae in meo tractatu de iuramento confirm. 1. parte ca. 51. nu. 18. in prima impressione. Sed re maturus considerata postea contraria, vt verius, probauimus lib. 1. Canon. questionum c. 18. per totum, & praecipue nu. 3. cum sequentibus, & post eam alia editione. d. ca. 15. nu. 16. de iuramento confirm. nempe, vt siue ab initio matrimonium de presenti fuerit contractum ab impuberibus, vel a pubere, & impubere seruata forma Sancti Concilij, siue non postea adueniente pubertate non conualidetur tace per copulam mutua, mutua cohabitatione nec per alium quemcunque modum, de quibus in c. vnic. §. 1. de sponsal. impub. lib. 6. in iūda sua glossa verb. modum, communiter approbata, nisi expresse, eadem forma Sacri Concilij respecta, vel seruata,

matrimonium ratificetur, vel fiat, nempe coram parcho & testibus, quam veriore sententia tenent etiam Didac, Perez in l. prima titulo 1. lib. 5. Ordinum. vers. sic. sexta, pagina 41. Marienq. in rubrica glossa numero 18. titulo 1. lib. 5. noua collect. Reg. Enriquez lib. 11. de matrimonio ca. 3. num. 7. Manuel Rodrig. in Summa tom. 2. in secunda editione ca. 230. num. 2. & et tenenda omnino secund. Tho. Sánchez lib. 3. de matrim. dispensatione 40. num. 9. vbi num. 12. cum Enriquez vbi supra, quod non satis erit, si ipsi contrahentes renouent consensum inter se solos, sed quod debet esse coram parcho, & testibus, quia alias non possent testificari de contractu de presenti.

Inferitur etiam ex precedentibus hodie attento S. Concil. Trident. non habet locum nec procedere communem opin. de qua supra num. 7. quae habet ex longa cohabitatione, nempe decennij, vel vltioris repositi viri, & mulieris paris conditionis tanquam coniugum praesumit matrimonium in eos legitime fuisse celebratum: cū pro forma substantiali, & essentiali ad valorem matrimonij requiratur ipsum celebrari coram parcho, & testibus, &c. Vnde cum iam cessent matrimonium praesumpta & cohabitationis quantumcunque longissimae interesse non possint parochus, & testes moraliter loquendo, consequens est, vt hic modus probandi matrimonium praesumptum de iure communi, iam hodie attento Concil. Trident. locum non habeat, nec procedat. Bene verum est, quod probato vere matrimonio (prout semper testibus affirmatiue, quantumcunque antiquum articulatur, & generaliter probatur) ex diuturnitate temporis praesumitur solennitates Concilij interuenisse ad illud contrahendum, & praesentiam parochi, & testium, vt supra probauimus, quod est notabile in praxi. Deducitur namque in ea, & probatur articulus huiusmodi. si habent. &c. que fulano, & fulana fueron casados, y velados segun orden y precepto de la Sancta madre Iglesia de Roma y comorales marido y muger buxeron vnda maridable yunamente de consensu, y por tales fueron auidos y tenidos, y comunmente reputados, y anfo es publico y notorio, y publica voz y fama sin contradiccion alguna: & hoc est valde vtile ad legitimatam filiorum ex eo matrimonio procreatorum, licet non probetur motiones praesensisse, nec testes, & parochum eidem matrimonio praesentes fuisse, quia ex antiquitate temporis simul cum d. probatione generali praesumitur, has solennitates intercessisse, vt supra docuimus: praemaxime, si aliquibus testibus, qui praesentes fuerint ipsi matrimonio de illo deponerent, cetera namque solennia proculdubio tunc interuenisse praesumeretur ex diuturnitate temporis.

Denique deducitur, quod celebrato matrimonio per verba de presenti inter impuberes, vel puberē, & impubere coram parcho, & testibus, quod iuris interpretatione habetur pro sponsalibus de futuro, iuxta iura supra allegata, si postea in aetate legitima constituti velentur, & recipiant benedictiones nuptiales in Ecclesia a proprio parcho, coram testibus, ex hoc signum exterius sufficienti colligitur: Porque por las dichas velandobes y sanctas ceremonias de que la Iglesia usa en ellas, diciendo el desposado delante del proprio parcho, o otro clergo con su licencia, y testigos, Sponsa, hunc anulum. & has aras tibi dono in signum, matrimonij, y ella, ego recipio, con las demas bendiciones del Manual, ex hoc actu, & subarratione, & per illa verba parochi coram testibus: Benedic coniuges istos, &c. Satis inductor, & ratificatur re, & verbis, nunc in legitima aetate matrimonium praecedens per verba de presenti, licet iuris interpretatione, tunc temporis fuerint tantum sponsalia de futuro propter defectum aetatis, iuxta

tes, in ea si quis uxorem 27. questione secunda. & in ea, nōstrates, & in ea, femina 20. questione quinta, ca. illud de praesumptionibus, & ibi glossa, verbo anulus, ca. tenor de re iudic. in iūda glossa, verbo subarrasset.

Et in terminis generaliter de subarratione facta in Ecclesia praesente sacerdotum cum solitis benedictionibus, & orationibus, idem voluit glos. verb. annus in d. c. femina & ibi Archid. num. 2. Hostiens. in c. fin. de desponsal. impub. in principio vers. si vero persona. Ioan. And. in vers. in glos. 1. Ant. de Butrio, num. 8. in vers. si nihil, dispensat. & Praepol. num. 4. Lupus allegatione 50. num. 13. cum praeced. Menoch. lib. 3. praesumptione 2. nu. 63. quod verum intelligit Couarr. in 4. de sponsal. 2. part. c. 4. in princip. sub nu. 3. vbi ab altero contractum praecedentem verba coniugio apra, & sequuta est subarratio, vel quando consuetudine est inductum, vt in matrimonio anulus de iure, certa signata forma, & sub illa daretur, ac fieret anuli traditio, iuxta glossam in d. femina 30. quesi. 5. Abbaem, & eommunen in d. final. sequitur plures alios citans Tho. Sanchez, l. 1. de matrim. dispensatione 22. nu. 2. vbi num. 3. quod si verba vnus praecesserint, immisso anuli, & receptio operatur verbum exprellum alterius, & consensus. Quare si verbum matrimonij praecessit operatur matrimonium, si vero sponsalium, sponsalia, quia tacens consentit facto ipso, dum anulum recipit: argumento l. Paulus ff. rem rita hab. ita glossa in ea, tua verb. verba de sponsalibus, & in ea penultima, eodem titulo, verb. dicente, & tenent quā plures DD. quos ibi ad hoc citat, & inquit Gigas consil. 31. num. septimo, quod ex quo mulier passa est, se desponsare per anuli immisionem, matrimonium tenet.

19 Quia secundum magis communem opin. Modernorum in ea, tua de sponsalibus, & alibi, verba non sunt de substantia matrimonij: quam etiam sententiam communem profertur plures allegans Couarr. vbi supra nu. 1. nempe, quod verba non requiruntur de substantia matrimonij, sed ex his ad essentialiam matrimonij exteriora, signa cum sit sacramentum; & est communis praefata prima communis sententia, vt plures referens testatur. Quinti Mando, in add. ad Lupum alleg. praed. 50. num. 17. licet a T. & quomuis Gigas vbi supra num. 19. referat Innoc. in d. ca. tua tenent contrarium per text. ibi, imo quod quantum ad Ecclesiam verba sint de substantia matrimonij, & quod haec est effectualiter communis opinio, addit tamen ita esse distinguendum cum Ioan. And. in d. ca. tua quod aut praecessit tractatus de matrimonio contrahendo, & tunc vera sit prima opinio Hostiē, quod verba non sunt de substantia matrimonij in volentibus loqui: aut non praecessit tractatus, & tunc vera sit opinio contraria Innocentij.

Cum ergo in praemissa specie, de qua agimus, praecesserit matrimonium per verba de presenti celebratum inter impuberes, vel puberem & impubere presentem parcho, & testibus, quāuis nullum fuerit ob defectum aetatis, resolutum iuris praesumptione in sponsalia de futuro, & sublequente sint velationes, & benedictiones solennes, atque subarratio ad fores Ecclesiae in forma supra dicta corā parcho & testibus, quibus facta aperte signatur coniugium illud, atque matrimonium de presenti, aut saltem ratificatur, & roboratur in legitima aetate matrimonium praecedens, consequens esse videtur vt etiam hodie debeat praed. Decreto Sancti Concilij Trid. §. 2. in Decreto de reformatione matrim. ca. 1. ibi qui aliter, &c. hoc matrimonium validū, & firmum sit vt ex supra dictis apparet.

Haec tamen, quamvis primo aspectu recte dicta esse videantur, nihilominus ex sequentibus cōtrouersantur, maximamque parti difficultatem vi-

dentur, & quidem primo.

Quia actus agentium non debent operari ultra eorum intentionem, l. non omnis, cum simul, ff. si, certi, per, sed sic est, quod quando hi sponsi velati fuerunt benedictioneque nuptriarum in Ecclesia solenniter receperūt, seruata inter eos ad fores Ecclesiae praed. subarratione in forma Ecclesiae conuacta, supra relata, minime declararunt, se habere animum, aut intentionem de nouo contrahendi, nec verba, aut signa externa mutui consensus de hoc interuenierunt, sed tantum solennizandi primum matrimonium per verba de presenti iam contractum, nullum tamen ob defectum aetatis, resolutū iuris praesumptione in sponsalia de futuro, & ita aetate solennis non potuit operari aliud matrimonium diuerlum non intentum, sed tantum solennizationem (vt ita dicam) praecedentis, nulli ergo &c. Immissio namque anuli sublequuta tantum operatur confirmationem praecedentium, non vero matrimonium, nisi verba matrimonij praecesserint, iuxta communem sententiam, de qua per Tho. Sanchez, d. lib. 1. disp. 22. num. 3.

Secundo, quia donatio, & immissio anuli, & ararum per sponsum facta sponte ad fores Ecclesiae in signum matrimonij, & receptio ipsius, benedictiones, & monitiones factae per parochum corā testibus, coniugibus in Ecclesia sunt in ordine, & relatione ad matrimonium praecedens, iam celebratum, ex suppositione, quod sit iam factum, & hoc videtur esse intentio parochi benedicens, & velantis sponsum, siquid ipse sponsum sub hoc nomine deseret sponfam ad Ecclesiam priusquam ei tradat anulum, & aras: ergo nullum matrimonium de nouo per supradicta celebrari videtur.

Tertio, quia Ecclesia eadem forma, solennitate, orationibus, & benedictionibus vtitur erga omnes coniuges per verba de presenti ergo si diceremus ex ijs matrimonijs validis nouum matrimonium de presenti contrahi, sequeretur inde, quod sacramentum matrimonij iteraretur absque necessitate, hoc autem esset absurdum, & contra iuris dispositionem, ergo &c.

Neque his oberit communis opinio supra pro priori parte adducta, quae habet induci matrimonium per immisionem anuli iuxta fores Ecclesiae praesente parcho, & testibus, iuxta formam, & ritum Romanae Ecclesiae, quia debet intelligi eo casu, quo non praecesserit matrimonium de presenti, sed tractatus de matrimonio contrahendo, & postea agitur de eo celebrando de presenti, tunc, namque per immisionem, vel traditionem anuli, & subarrationem factā a sponso, sponsae recipienti, vel digitum extendenti inducitur matrimonium de presenti, praecipue ad fores Ecclesiae, & hodie coram parcho, & testibus, vt in multis locis pergit ad celebrandum matrimonium iuxta consuetudinem patris: sed celebrato iam prius alibi matrimonio per verba de presenti, non dicit praefata communis opinio, quod postea inducatur ex anuli immisione & subarratione aliud matrimonium & quod praed. communis sententia debeat ita intelligi, praeterquam quod consonat iuri, & rationi, constat etiam ex mente Doctorum tenentium eā, & praecipue ex Ant. de Butrio in ea, fide desponsatione impub. num. 7. in vers. si nihil disponit, ibi aut sit in apparatu ad matrimonium, & praesente sacerdote, & ad fores Ecclesiae, & praesumitur matrimonium, vt hic & ex Menoch. d. lib. 3. praesumptione 2. numero 7. & in terminis ita declarat hanc materiam Lupus d. allegatione 50. num. 17. dicens, verum esse in praemissa specie ipso facto sine verbis matrimonium non contrahi nullo praecedente tractatu inter ipsos contra-

contrahentes de matrimonio contrahendo: sed quod pactum precedat aliquis tractatus: vel verba de matrimonio contrahendo, postea ipsum factum, vel signum aptum ad matrimonium: subarratio sufficit ad matrimonium contrahendum, & presumitur pro matrimonio, & probatur per tale signum, vel factum, & ille tractatus, siue verba illius tractatus trahuntur ad signum, vel factum, & ibi eius Additionator, Quintilian. Mandos. litera. Z. inquit, quod hanc est pulcherrima distinctio per quam concordantur opiniones omnium. & refert alios plures Auctores ad eam recurrentes, ipsamque sequentes, & constat etiam hanc distinctio ex concordia supra assignata inter illas duas communes opiniones contrarias supra relatas circa illam questionem, an verba sint necessaria ad contrahendum matrimonium?

Nihilominus tamen his non obstantibus, prout vere non obstant, in proposita supra questione in vers. Denique deducitur, numero 18. nempe in matrimonio per verba de presenti contractio inter impuberes, vel puberem, & impuberem, verior est prior pars, & tenenda ibidem affirmata, scilicet, quod per anuli immisionem, & subarrationem, atque ceteras ceremonias Ecclesie consuetas, coram parcho, & testibus in legitima aetate ad fores Ecclesie facta ratificetur, & revalider praedict. matrimonium, siquidem verba precedentia fuerunt prolata de presenti, quamvis inuolida, & ideo conualidatur nunc matrimonium inuoluidis praesentibus, completa legitima aetate, & sic tempore habili, & opportuno, quam etiam tenuit Anton. de Butrio, in cap. final. de sponsalibus impub. numero 8. & 9. dum dicit, quod quando est dubium, an subarratio confirmet matrimonium in minori aetate contractum, superueniens subarratio completa aetate per immisionem anuli abique dubio ratificat matrimonium (intellige hodie praesente parcho, & testibus) & tandem se remittit ad Lapum ubi supra: ex quo, & eius additione modo resoluimus, quod si praecessit tractatus de matrimonio contrahendo, subarratio inducit matrimonium de presenti, sed sic est, quod in nostro casu praecessit tractatus de matrimonio contrahendo imo sponsalia de futuro valida iuris interpretatione, ex matrimonio per verba de presenti inter impuberes, vel puberem, & impuberem de facto contracto, & cum animo, & sine perficiendi matrimonii in forma Ecclesie, & completa aetate, subsequitur quod immisio anuli, & subarratio ad fores Ecclesie coram parcho, & testibus, nec non & velationes, ac solemnes coniugis benedictiones ad effectum solemnizandi, & confirmandi illa sponsalia & matrimonium de facto praecedens ratificet, ergo per hanc procul dubio ratificatum permanet, & reualidatur dictum matrimonium.

At quis dubitat, quod matrimonium praecedens, quamvis alias inuoluidum ob defectum aetatis legitima, adueniens postea aetate, ex professo possit verbis ratum haberi coram parcho, & testibus? ergo & factio, signoque externo sufficiens, puta anuli immisionem, & traditione arrati, dicendo praed. verba Epistolae arras vos endonon festal de matrimonio, respiciendo illa, nisi las recibo: plus namque declaratur voluntas factio, quam verbis, I. si tamen S. & quiff. de adult. edit. l. de quibus ff. de leg. b. & nihil interest in proposito, an factio vel verbo quis declarat voluntatem suam, ca. primo, 27. distinctio. glos. in d. c. fin. verb. subarratus de sponsatione impub. & in c. penult. de regul. in verb. nisi eundem, & ibi DD. quanto magis concurrente simul consensu mutuo cum factio: & in terminis nostris idem expresse tenet Prepol. in d. c. fin. sub no. 2. ibi, aut inter ampuberet hodie requiritur pre-

sentia parochi, & testium. Pro qua etiam sententia vera, & tenenda facit, quod supra resoluimus ex Henriquez lib. 11. de matrim. ca. 3. no. 7. vers. elum sponsalia, &c. Vbi quod sponsalia impuberem verbis de presenti contracta transeunt in matrimonium de presenti, si traductio, nunc post Concilium Trid. fieret solenniter coram parcho, & testibus, aduentibus id fieri cum intentione contrahendi: ergo a fortiori idem erit dicendum in nostra specie de qua agimus, per anuli immisionem, & arratum traditionem, & receptionem in signum matrimonij cum ceteris solennibus de quibus supra coram parcho, & testibus: qua sententia sic sufficenter probata, & retenta.

Non obstant modo difficultates contra eam supra adductae, quoniam iam ex superioribus diluuntur, & quidem non primum, quia hic non agimus de nouo matrimonio contrahendo, sed de priori precedente de facto, roborando, & confirmando per supra dictas solennitates, & signa exteriora.

Ad secundam respondemus, eam nihil contra nostram sententiam probare, sed imo potius eam confirmare, siquidem, ut modo dicebamus in responsione ad primam: hic non agimus de nouo matrimonio celebrando, sed de priori nullo debito tempore ratificando.

Ad tertiam negamus, sacramentum reiterari, sed matrimonium nullum praecedentem ob defectum aetatis valide ratificari.

Ad quartam eodem modo respondemus. Ad quintam de responsione, & intellectu communis sententiae, de qua ibi dicimus, ea pro nobis potius facere, ut patet ex ea.

CAPITVLVM XXI.

De materia, forma, & ministro Sacramenti matrimonij.

SVMMARIVM.

1. Matrimonij forma, & de ministro, & numero sequentibus.
2. Parochus an sit minister sacramenti matrimonij.
3. Contrahentes matrimonium constituti in peccato mortali, an de nouo peccent mortali, & quid in parcho interessente matrimonio?

Ex opiniones diuersae Doctorum inueniuntur circa hunc articulum, quas cum suis Auctoribus refert late Thomas Sanchez lib. 2. de matrimonio disputat. 3. casque in summa referam, & eligam, quae mihi verior, & tenenda videatur.

Prima est glossa in ca. tua de sponsal. verbo nec forma asserentis consensum contrahentium esse materia, verba autem, quibus ille exprimitur, esse formam, quia consensus informantur per verba: quam glossam ibi sequuntur Abb. num. 10. Prepol. in sine. Alexand. de Neuo numero 25. Syluest. in summa verbo matrimonium 1. quest. 1. Nauar. in Manual. Latin. ca. 22. numero 20. Humada in l. 2. numero 19. in sine titulo 1. partia 1. Capreol. & Decius relati a Sanchez vbi supra, qui eam rejicit, nam materia totalis sacramenti debet esse sensibilis, licet partialis, ut contritio in sacramento poenitentiae possit esse non sensibilis: improbat eam etiam Couar. infra referendus.

Secunda sententia habet, quod consensus est forma, verba autem eius experimentia, materia, quia consensus determinat, & perficit verba, quae eo clauso, nihil efficerent, ita tenet Maior in 4. dist. 26. q. 1. quae sententia eadem, qua ratione, rejicienda est.

Tertia

Tertia sententia docet, contrahentes esse materiam, verba autem, formam; quia in ceteris contractibus ita contingit: ita Palud. in 4. distinctio. 26. q. 4. articulo 3. ad 2. nu. 23. & alij plures Theologi, quos citat Sanchez vbi supra, nu. 4. & sequitur D. Couar. in 4. de sponsal. secunda parte cap. 1. S. vnic. num. 3. quae sententia, etsi a Sanchez refuletur, vera quidem videtur, & tenenda, prout eam tenent grauissimi Theologi, & nouissime Zambran. Hispalen. in suis Aures decisibus casuum conscientiae cap. 7. de matrim. in principio numero 2. pag. 334. vbi alios citat.

Quarta est sententia Ricardi in 4. distinctio. 26. articulo 4. questione 2. & aliorum Theologorum, quos citat eam tamen rejicit Sanch. vbi supra numero 5. nempe quod verba, quae a priori contrahente profertur sunt materia, quae vero a posteriori, forma.

Quinta sententia est Cani lib. 8. de loci Theolog. ca. 5. in solutione ad tertium: dicentis, verba contrahentium esse materiam, formam autem verba sacerdotis, si matrimonium in quantum est sacramentum confideretur, licet in quantum est contractus non exigat sacerdotis verba, credit namque ille, matrimonium absque sacerdotis praesentia contractum esse validum, non tamen sacramentum, sed reprobat hoc late Sanchez lib. 2. distinctio. 6.

Sexta & vltima sententia habet, quod verba, seu signa, quibus consensus exprimitur, sunt sibi inuicem materia, & forma secundum diuersas rationes, in verbis namque contrahentium est expressio mutuae traditionis, quae quilibet tradit alteri sui corporis potestatem, & secundum hoc dicuntur materia, & expressio mutuae acceptationis, quae quilibet acceptat traditionem sibi per alterum facta, & secundum hoc dicuntur forma: huius sententiae videtur esse D. Thomas in 4. dist. 26. questio 2. art. 1. & eam tenet Dominicus a Soto in 4. distinctio. 1. questione 1. articulo 6. vers. ad dubium, & distinctio. 26. questione 2. articulo 3. Bellarmin. lib. 1. de matrimonio cap. 6. Suarez 1. romo de Sacramento. questione 60. articulo 8. distinctio. 2. sectione 1. Petrus de Ledesma de matrimonio questione 42. articulo 1. dubio 4. conclusio. 7. Manuel Rodrig. in 1. rom. sua summa, in 2. editione, cap. 216. nu. 3. Angles in suis Floribus Theologic. questionum in 1. parte de matrimonio questione 1. de essentia matrim. distinctio. 26. articulo 4. difficultate 1. conclusio. 2. Ludouic Lopez in secunda parte Instructor. conscient. in materia de matrim. cap. 35. fol. 1020. D. Spino in suo Specul. testamentorum glossa 13. nu. 13. & probat late eos sequutus, & dicens, quod haec sententia est amplectenda. Thomas Sanchez de matrim. lib. 2. disputatio. 3. numero 6. quae etiam mihi placet, nec non & tertia Palud. & sequacium supra relata, quilibet enim harum teneri potest: Haec tamen vltima sententia receptor videtur & melior, nempe in summa: quod verba vnius coniugis, quae primo profertur, sunt materia: & verba alterius, quae profertur vltimo, sunt forma, quia perficiunt sacramentum, ut constat ex D. Thoma vbi supra & ita esse tenendum sine dubio affirmat Victoria in summa de matrimonio questio. 247. & est communior secundum Zambran vbi supra.

Minister autem huius sacramenti nunquam fuit parochus, nec etiam est talis minister post Concilium Tridentinum, sed ipsi contrahentes sunt ministri confidentes sacramentum matrimonij quicquid Couar. vbi supra & alij dixerint, ut late optimeque probat Sanchez vbi supra disp. 6. n. 2. cum Soto, Bellarmin. & alijs pluribus Theologis.

Hinc nonnulli deducunt coniuges peccato mortali affectos celebrantes matrimonium peccare lethaliter, non solum ea ratione, quod sacramentum

fuscipiant, quod proculdubio est verum, sed etiam quatenus ministrant, ita Nauar. in c. S. sacerdos: huius, de poenitentia. distinctio. 6. in solutione ad quintum, Petrus Ledesma. de matrim. questione 42. articulo 3. ad vlt. & ut probabile ponit Suarez in 1. rom. de Sacramento. questione 65. articulo 4. disputatio. 16. sectione 4. & est probabile secundum Tho. Sanchez, d. lib. 2. de matrim. disputatio. 6. numero 3. sed nihilominus secundum ipsum ibi num. 4. multo verius est, non peccare lethaliter eo capite, & ratione ministerij, quia non sunt ministri consecratione ad id munus sed solum illis concessum est necessitate quadam, quia oportuit materiam, & formam in ipso contractu constitui: contractus autem fieri non poterat, nisi per contrahentium consensus, vnde solum ministri consecrati lethaliter delinquent, si culpa mortali consecrati lethaliter delinquant, si culpa mortali affecti ministrant, ita Palud. in 4. distinctio. 5. questione 2. nu. 22. Soto in distinctio. 1. questione 3. articulo 6. in sine Ledesma. in primam partem 4. questione 3. art. 9. dubio 3. Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 2. in sine Ludou. Lopez in 2. parte Instruct. de sacramento, in genere cap. 39. conclus. 4. & in hanc sententiam magis inclinat Suarez vbi supra, idem probantes in sacerdote culpa mortalis reo assistente matrimonio, nempe quod neque peccet lethaliter, quia non est minister confidentis sacramentum, quod & probat Sanchez, d. disputatio. 6. num. 5. vbi quod nec etiam sacerdos in mortali existens nuptiarum benedictionem celebrans lethaliter, peccet quia ea benedictio non est sacramentum, sed sacramentale quoddam secundum Palud. & Ludouic Lopez vbi supra.

CAPITVLVM XLII.

An matrimonium in lege natura, & veteri fuerit sacramentum, & nunc tale sit id lege noua?

SVMMARIVM.

1. Matrimonium an in lege natura, & veteri fuerit sacramentum, & nunc an tale sit id lege noua? & num. 2.
2. Matrimonij in sacramento, quid sint actus sacramenti, effectus, & vinculum?
3. Matrimonium infidelium post legem nouam, non est sacramentum, & quid si ambo postea baptizentur? & an tunc gratiam conferat numeros, & an tunc opus sit obseruare formam Sacri Concilij Tridentini, hoc est de nouo id contrahere, vel ratificare coram parcho, & testibus num. 6.

Quo ad primum veritas est, matrimonium in lege natura & veteri non fuisse sacramentum, nec gratiam contulisse, sed contractum naturalem: quod primo probatur ex Concilio Florentino in Decreto de sacramento, vbi numerat matrimonium inter sacramenta nouae legis & distinguit haec a sacramentis veteris legis, quod illa gratiam conferant, haec vero legis veteris, minime, secundo deciditur in Concilio Tridentino, sessio. 24. cap. 1. de matrim. vbi expresse dicitur, & affirmatur matrimonium esse sacramentum nouae legis a Christo institutum: & in Decreto immediato ante Canones dicitur, matrimonia nouae legis gratia excedere connubia veterum, & ita tenent Soto in 4. distinctio. 26. questione 2. articulo 1. & 2. Ledesma in secundam partem 4. lib. questione 44. articulo 2. & contrariam sententiam non esse tutam affirmat Bellarmin. lib. 1. de matrimonio

Cap. 3.